



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36165

Est autem fides earum rerū, &c.

Sola fide nos saluari exēplis declarat dignissime: Ergo qui fidem non habent, aut à fide deficiunt, saluari nō possunt. Vide in locis Philippi. Item totam definitionem habes, quando alteram partem habes. Nam bis repetita est sententia. quasi diceret: Fides est certa possessio earum rerum, quæ non uidentur, & quas speramus.

Nam qui accedit ad deum.

Est quidem fidei gradus, credere esse deum: sed non satis est, nisi credas & tibi esse deum, id est saluatorē. Contrà impius dicit in corde, Non est deus.

Hospites atque aduenas.

Id quod confitetur Dauid psalmo 38. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Non erubescit deus.

Deus in scriptura uocat se deum Abraham, deum Isaac, & deum Iacob. satis etiam his appellationibus cōmendans nobis fidem, quod ipse sit deus credentiū.

Vnde illum etiam.

Resurrectionē nō solum intellige corporū, sed etiā liberationem, quoties ex horrore mortis & inferorū reducimur in uitam, spiritus consolatione.

ANNOT. IOANNIS POMERANI

Et adorauit fastigium uirgæ.

Hieronymus legit, adorauit Israël dominum, cōuersus ad lectuli caput. Vides hic in patribus fuisse, ut fidem Christi, ita & crucem.

Oberrauerunt in ouillis & caprinis pellibus.

*Vt Helias, & centum prophete, quos Abdias occul-
tauit, 3. Regum 18.*

Consummarentur.

*Eadem Christi oblatione & nos illi sanctificamur,
& eundem diem retributionis simul expectamus.*

C A P V T X I I.

Deposito onere omni, & tenaciter inhærente peccato.

Quia uidemus quotquot saluati sunt, fide saluatos, deponamus & nos per fidem omne onus consciētiae, & semper oppugnantis nos peccati, id est infidelitatis: & per tolerantiam curramus ad propo-
sitū bonū: non eligentes nobis modū, uia, sed solū respicientes in modum, uiam, & doctrinam gymnasi-
archæ & agonotheti nostri Christi: id est, sola fide sequamur eum, qui dux noster est in stadio quo curramus, quōcūq; & quacūq; ratione duxerit, sicut secuti sunt ueteres, de quibus supra dictum. Atq; hæc est
CRUX